BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315
Seite 190v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ZACHA

mquit: applicabunt x. homines ex
omnibus linguis gentium. et applicabit
fimbriam viri iudei dicentis. Ibi
mus nobiscum. Audiuimus enim quo
deus nobiscum est. Capitulum. ix.

Onus uerbi domini in terra hadrach.
et damasci requiet eius. quia
domini est oculus hominis
et omnium tribuum israel. Emathi quoque
finitimus eius. et tyrus et sydon. assumpsi
serunt quippe sibi sapiam nimis.
et edificauit tyrus munitionem suam.
et congregauit argentum quasi lutum.
et aurum ut luterum platearum. Ecce do
minus possidebit eam. et percutiet in mari for
titudinem eius. et hic ignis deuorabit
eam. Videbit ascalon. et timebit. et ga
za. et dolebit nimis. et accaron. quo
niam confusa est spes eius. et peribit rex eius.
et ascalon non habitabit. Et sedebit
separator in azoto. et diuidam superbiam
philistinorum. et auferam sanguinem et
de ore eius. et abominationes eius
de medio dentium eius. et relinquetur
etiam ipse deo nostro. Et erit quasi dux in
iuda. et accaron quasi iebusseus. et circu
mdabo domum meam exercitus a
militante. non euntes et redeuntes.
et non transibit ultra super eos ex
actor. quia nunc uidi in oculis meis.
Exulta satis filia sion. iubila fi
lia iherusalem. ecce rex tuus ueniet tibi
iustus. et saluator. ipse pauper. et asce
dens super asinam. et super pullum fi
lium asinae. et disperdam quadrigam ex ef
raym. et equum de iherusalem. et dissipabi
tur arcus belli. et loquetur pacem gentibus.
et potestas eius a mari usque ad ma
re. et a flumine usque ad fines ter
re. Tu quoque in sanguine testamenti tui
emisisti uinctos tuos de lacu in quo non
est aqua. Conuertimini ad munit
ionem uincti spei. Hodie quoque
annuntians duplicia reddam tibi.
Quoniam extendi mihi iudam. quasi ar
cum. implebo efraym. et suscitabo
filios tuos sion super filios tuos
graecia. et ponam te quasi gladium for
tium. Et dominus deus super eos
uidebitur. et exibit ut fulgur iaculum
eius. et dominus deus in tuba canet.
et uadet in turbine austri. dominus
exercituum. proteget eos. Et deuorabunt
et subiicient lapideis funde. Et bi
bentes inebriabuntur quasi uino. et
replebuntur ut phiale. et quasi cornua
altaris. et saluabit eos dominus deus
eorum die illa ut gregem populi sui.
quia lapides sancti eleuabuntur super
iram eius. Quid enim bonum eius
est. et quid pulcherrimum eius. nisi fru
mentum electorum. et uinum germinans
uirgines. Capitulum. x.

Petite a domino pluuiam
in tempore serotino. et dominus
faciet nubes. et pluuiam
imbrem. et dabit eis singulis herbam in agro. quia simulacra lo
cuta sunt inutile. et diuinum uidet
mendacium. et somniatores frustra
locuti sunt. uane solabantur. Ideo
abierunt sicut oues. et afflicti sunt.
quia non est eis pastor. Iuxta pas
tores iratus est furor meus. et ho
edos uisitabo. quia uisitabit do
minus deus exercituum suum domum iuda.
et ponet eos quasi equum gloriae suae
in bello. ex ipso angulus. ex ipso pa
xillus. ex ipso arcus belli. ex ipso egre
dietur omnis exactor simul. et
erunt quasi fortes conculcantes lutum
uiae in bello. et bellabunt. quia